

Omne regnum Every kingdom

divisum divided

in seipsum against itself

desolabitur, shall be brought


to desolation;

et domus and house


supra domum upon house

cadet. shall fall.

<http://www.schoolfont.com>



DOMINICA III. QVADRAGESIMAE.
Sanatur daemonaecus caecus, & mutus.
Matt. xij. Marc. iij. Luc. xi.
Anno xxxij. xlv



A. Concurrunt ad IESVM tur:
bae, iuxta mare Galilaeae.
B. Oblatum daemonaecum, caecum,
& mutum sanat.
C. Pharisaei invidiam commoti dicunt,
In Beelzebub, &c.
D. Admirantur turbae.

SUNDAY GOSPEL READING

In illo témpore: Erat ejiciens dæmónium, et illud erat mutum. Et cum eiecisset dæmónium, locútus est mutus, et admirátæ sunt turbæ.

Quidam autem ex eis dixerunt: In Beélzebub príncipe dæmoniórúm éjicit dæmónia. Et álíi tentántes, signum de cælo quærébant ab eo.

Ipse autem ut vidit cogitatiónes eórum, dixit eis: Omne regnum in seípsum divisum desolábitur, et domus supra domum cadet. Si autem et sátanas in seípsum divisus est, quómo-do stabit regnum ejus? quia dicitis in Beélzebub me ejicere dæmónia. Si autem ego in Beélzebub ejicio dæmónia: filii vestri in quo ejiciunt? Ideo ipsi júdices vestri erunt. Porro si in dígito Dei ejicio dæmónia: profécto pervénit in vos regnum Dei.

Cum fortis armátus custódit átrium suum, in pace sunt ea quæ póssidet. Si autem fórtior eo supervéniens vícerit eum, unívérsa arma ejus áuferet, in quibus confidébat, et spólia ejus distríbuet.

Qui non est mecum, contra me est: et qui non cólligit mecum, dispérgit.

Cum immúndus spíritus exíerit de hómine, ámbulat per loca inaquósa,

And he was casting out a devil: and the same was dumb. And when he had cast out the devil, the dumb spoke: and the multitudes, were in admiration at it.

But some of them said: He casteth out devils by Beelzebub, the prince of devils. And others tempting, asked of him a sign from heaven.

But he seeing their thoughts, said to them: Every kingdom divided against itself shall be brought to desolation; and house upon house shall fall. And if Satan also be divided against himself, how shall his kingdom stand? Because you say that through Beelzebub I cast out devils. Now if I cast out devils by Beelzebub, by whom do your children cast them out? Therefore, they shall be your judges. But if I by the finger of God cast out devils, doubtless the kingdom of God is come upon you.

When a strong man armed keepeth his court, those things are in peace which he possesseth. But if a stronger than he come upon him and overcome him, he will take away all his armour wherein he trusted and will distribute his spoils.

He that is not with me is against me; and he that gathereth not with me scattereth.

When the unclean spirit is gone out of a man, he walketh through places

quærens réquiem: et non invéniens dicit: Revértar in domum meam unde exívi. Et cum vénerit, invénit eam scopis mundátam, et ornátam. Tunc vadit, et assúmit septem álios spíritus secum, nequióres se, et ingrési hábitant ibi. Et fiunt novíssima hóminis illíus pejóra prióribus.

Factum est autem, cum hæc diceret: extóllens vocem quædam múlier de turba dixit illi: Beátus venter qui te portávit, et úbera quæ suxísti. At ille dixit: Quinímmo beáti, qui áudiunt verbum Dei et custódiunt illud.

without water, seeking rest: and not finding, he saith: I will return into my house whence I came out. And when he is come, he findeth it swept and garnished. Then he goeth and taketh with him seven other spirits more wicked than himself: and entering in they dwell there. And the last state of that man becomes worse than the first.

And it came to pass, as he spoke these things, a certain woman from the crowd, lifting up her voice, said to him: Blessed is the womb that bore thee and the paps that gave thee suck. But he said: Yea rather, blessed are they who hear the word of God and keep it.